vatæ: Glossopetra triangularis basi circa radicem latissima, incurvata seu lateralis acumine valde subtili maior. Eadem minor.

Piscis Marinus, è quo Eadem desumuntur.

119. Piscis Zygena seu Libella Rond. 389: Scill. Stampella p. 168. tab. ult. è quo huiusmodi Glossopetræ desumuntur.

Matrix Earundem.

Matrix Glossopetræ basi circa radicem latissima, et incurvatæ seu lateralis Melitensis. Dentes incogniti.

Sectio XXXIV.

De Dentibus Piscis marini Vaccæ dicti, serræ instar serratis, petrificatis oblongis, unde huiusmodi Dentes Serræformes vocantur. Versteinerte Sägenförmige Zähne von der Meer-kuhe.

§. 120.

Dentes Serræformes.

Dens marinus petrificatus serræformis nigerrimus splendens Piscis marini Vaccæ dicti maior. Idem minor, et minimus. Sunt insuper Dentes Eiusdem anteriores, et laterales quoque exhibiti, ut, si fortè invenirentur, cognosci possent.

Piscis marinus, è quo desumuntur.

121. Piscis marinus Vacca dictus. Scill. p. 168. t. 28. Caput Eiusdem repræsentatum cum omnibus dentibus. Scill. 168. t. 27.

Sectio XXXV.

De Dentibus Piscium marinorum minorum petrificatis, rotundis, et hemisphæricis, Lapides Bufonii dictis. Krotten-steine, oder Schlangen-äuglein.

§. 122.

Bufonitæ hemisphærici.

Lapides Bufonii hemisphærici Garatronii, Batrachitæ, seu Bufonitæ rotundi, vel subrotundi

basi